

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumato-graphia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput VI

urn:nbn:de:bsz:31-97032

inter Tropicum Cancrī
 hanc umbræ vertus
 Meridien meridiano
 & qui ultra 66 gradum
 ebem undiqve volub
 graph. In Syene oppid
 quinque millibus ita
 m umbram jaci, poren
 factum, totum illumina
 & in India super flumē
 n, *Ousfortius* reliquit
 gentis Aethiopiū, bit
 tate in Austrum, hyme
 eadem Patalis celest
 umbræ in Meridien
 erentis urbe Troglody
 millibus octingentis vi
 oppido, quod in m
 Elephantorum venū
 e solstitium quadragē
 postea fieri, & per e
 meridiem jaci. *Plin*

feriora influu.

ndi in inferioribus h
 o, animadvertere fact
 dierum, noctium, & a
 on huius adscriptis. H
 renebris, occidente
 st; obliquo dum aspic
 eralia: Particularia
 Certum enim temperat
 ic etiam debent Circa
 stitium *de* *de* *de*
 & orientium ope, repou

jectis adflat, fufisque qui constiterant humoribus, ac terra illis diluta, fecundos favoniorum producit flatus, Plejadum Hyadumque in Tauro, & à Septentrione Hædorum, à Meridie vicini Orionis, atque ex adverso decumbentis Arcturi, extimulat vires, quæ Austrinos flatus exuscitant, & aliquot dierum continuis pluviis condita rigant semina. *Peucerus in Astrol.* Cum creverunt herba & humore iterum, ut iusta obveniat magnitudo, opus est, eundem per Cancrī stellas accessu avocatas suo, promit, ac suppeditat. *Plinius* tempestatum ipsarum ex eo sumit præfagia, l. 18. cap. 35. Ad motum pertinet quod *Scaliger* secundo Sole celeriores ait navigationes: *Exerc.* 86. & *Plinius* l. 2. *Histor. cap.* 71. cursorem Philonidem ex Sicyone Elin mille & ducenta stadia, novem diei tradit confecisse horis: indeque quamvis declivi itinere, tertia noctis hora remensum esse sæpius. Causa, quod eunti cum Sole iter erat; eundem remeans obvium contratio prævertebat occursum.

CAPUT VI. DE LUNA.

ARTICULUS I.

De Luna typis, & lumine.

L Vnam Stoici πῦρ ἡλερόν & τελεχῶδες dixere, pilam altera parte candentem: altera cæruleam putavit *Cleomedes*. Matrem mundi Ægyptii vocabant, à Sole gravidam factam, fecunda generationis principia enixam demittere, & utriusque sexus naturam continere putantes. *Plutarch. de Iside & Osiride*. Hinc cum dubitatione de sexu veneratio, & memoriæ de Carenis traditum, ut qui Lunam sæmineo nomine ac sexu putavisset nuncupandam, is addictus mulieribus semper inferviret: at verò qui marem Deum esse putavisset, is uxori dominaretur. *Spartianus in Caracalla*. Cæleste

nos agnoscimus corpus, inter luminaria magna unum à Deo creatum. Interdum ramen binæ, interdum ternæ ut *Cn. Domitio*, & *C. Fannio Conss.* quos Soles nocturnos appellaverunt. *Plinius l. 3. Cap. 82.* Minor est terra tricies novies, vel quadragies ter, si *Copernicum* sequimur. Distat ab ea milliariibus Germanicis 44916, vel, si *Schrekenfuchsio* credimus, quem plerique sequuntur, 28359. Lumen suum à Sole mutuatur; Hinc varia illi facies, *crescens semper, aut senescens*, & modo *curvata in cornua, modo aqua portione divisa, modo sinuosa, orbe pleno immensa, aut subito nulla, eademque subito prænitens.* *Plin. l. 2. cap. 9.* Plenam typum pulchritudinis Veteres colebant. Faceta apud *Plutarchum in Symposio sapientum* de decrecente fabula. Lunam à matre sibi petiisse *χατάνιον σύμμετρον* & illam respondisse *Ἐπιὺς σύμμετρον ὑφανῶν, νῦν μὲν ἤδ' ὄρω σε πανσέληνον, αὔριος ἢ μηννοειδῆ, ποτὲ ἢ ἀμφικυρτον.* In *Biarmia* nunquam nisi pleno ad terræ superficiem circulo videtur, ignito colore, specieque carbonis, *Olaus lib. 1.*

ARTICULUS II.

De Macula, & Eclipsi Luna.

Maculosa substantia Lunæ est. Causam si quærit, partes inæqualiter compactas, dixerunt Sapientes. Puerum Poëtæ crediderunt, quem dilectum secum Luna ferat, præ pudore faciem obvelantem. Solis cum privatur lumine, fiunt Eclipses. Id non nisi in oppositione diametrali, cum Luna nullam habet evagationem ab *Ecliptica*, vel talem quæ est minor sexaginta septem minutis: & sic umbram terræ vel ingreditur, vel effugere nequit. Putabant Veteres beneficium cælo deduci, nec non depressam cogi: in herbas subditas, herbam & virus effundere, quibus ad Magica fœlicius utantur. Hinc cymbalorum pulsus ne carmina exaudirentur. Cæterum ut Solis, sic nec Lunæ, sine subsequenti in sublu-

fabulantibus
& Darius ad
eide vincit
etonom ad
imponitur
gion. Observa
ibentibus in
Gracia.) Ca
caltra movi
debuit; cur
tisque tract
ante exacto
movenōdis
Fecit, &
nionem in
tam arbitri
aqua, abeu
Sileni vest
mundo L
Delius de
1499. circ
gredinem,
insultabat
ta post, se
fæderatio
rationem i
Linturic

De

¶ Numeri
cum si na
animalia, he
tio. Refert
si Lunā sub
sub terra late
ajunt etiam,

sublunaribus mutatione Ecclipses. Anno 3459 fuit una, & Darius ad Marathonem ab Atheniensibus ingenti clade vincitur. Anno 3782 altera, & Perseus Rex Macedonum ab Æmilio Consule superatur, finisque regno imponitur Macedonico. *Alstedius in thesauro Chronologico.* Observantur à quibusdam supersticiosus Niceas Atheniensis in exemplo. (*Vbbo Emmius Tomo 2. Veter. Græciæ.*) Cæsus ad Epipolas in Sicilia, laborante patriâ castra movere suadente Demosthene, & Eurymedonte debuit; cum moveret, Luna defecit. In omen id à plebisque tractum, Niceam adeò commovit, ut diceret, ante exactos ter novenos dies à Vatibus iactatos, de movendis castris nil se decreturum. *Plin. l. 2. cap. 12.* Fecit, & sic opes Atheniensium afflixit. Huc refer opinionem illorum ridiculam, qui Lunam ab asino epotam arbitrantur; quod, cum biberet, facies appareret in aqua, abeunte nube velata, videre desisset. Hinc miser Sileni vector in carcerem conjectus, & alvo rescissa, ut mundo Lunam redderet, sævissime exenteratus est. *Delrinus disquisition. Magicar. l. 2. quasi. 11.* Anno 1499. circa occasum, mutata primo fuit Luna in nigredinem, post in duas divisa partes, quarum una alteri insultabat retrorsum, utraque rubedine conspersa. Unitæ post, & tanquam una occidere. Insecutæ multæ confederationes, & Nobiles qui anno 1496. confederationem iniverant, Regi se Romanorum opposuerunt. *Linturius citante VVolfio in Memorabil.*

ARTICULUS III.

De Luna in hac inferiora influxu.

Innumeri occurrunt Lunæ in sublunaria effectus, totum si naturæ excutere volueris campum. Plantæ, animalia, hominumque corpora, ejus subiecta imperio. Refert *Palladius, Cardan. de Varietate lib. 2. c. 13.* Si Lunâ sub terris positâ, feratur allium, & rursus Lunâ sub terra latente vellatur, odoris fœditate cariturum. Ajunt etiam, Ocimum prima Luna tritum, & in ollam

novam inditum, sub plenilunium ab altero capite flores emittere; quod si duplicato tempore sub terra defodiatur, strigones generare. Vites interdiu attracto aluntur humore noctu augentur & crescunt. Lilia ac rosa noctu tantum calyces aperiant suos. *Keckerm. disp. Phys. 3. Coroll. 11.* *Sola omnium capitatarum Cape, Luna crescente augetur, juvenescente flaccescit, quasi sferis cursum perosa. (Lucilius).* Quamobrem eam Pelusiotæ in cibis execrantur. *Gellius l. 20. cap. 7.* Quantum ad animalia, *Savanarola* scripsit anno bissextili sterilefcere animalia. *Cardan. l. c.* Observatum Lunari potestate, Ostrearum conchyliorumque & concharum omnia corpora augeri, ac rursus minui: quin & foricum fibras respondere numero Lunæ exquisivere diligentiores: minimùmque animal formicam, sentire vites syderis, interlunio semper cessantem. *Plin. l. 2. cap. 41.* Pelles vituli marini & Sobellinæ, potestis Luna crescente rigescunt crinibus, decrefciente concidunt, & languescunt. *Keckerm. l. c.* Hominem quod spectat, si Solem Arietem, aut Scorpionem pervagantem aliquo nascente Luna adeat, cerebrum nascenti ita affligit, ut Melancholia oboriatu adulu. Interlunio nata, plerumque exsuccescunt, calore imbuuntur acri, membraque præcipuè affecta habent omnia *Peucerus de Divinatione.* In Lunæ qui dormiunt lumine, gravedine capitis catharrisque tentantur. *Camerar. memorab. cap. 7. art. 85.* Radius enim lunariibus, cerebri dormientium humiditates liquantur; quæ in capite coercitæ calido nativo minus ad extra actuofo, cathartos prognerant. Epilepsia plenilunio exasperatur. Copia enim humoris halitus impedit acedinem, putredinemque; facilius minor putrefcit copia, & calor in eam agens actiores secundum proportionem facit halitus. *Libavius tomo 3. singul. l. 3. c. 18.* In eodem gravissimè Hydropici torquentur, ideoque ferè omnes circa plenilunium mors habet. Certè in Martio anni 1629, quo hæc scribimus, Reverendum Virum D. Martinum Gratianum Ecclesiarum Reformatarum in Polonia majori Superintendentem, Curam

rum & Equit
reditione.
furosi. Qu
bri copia,
tanti quan
l. 5. Theat.
conunctio
Nun hora
uram parte
re incipit p
gece. Liba

DE

D
funt
re cursu
teligo, qu
è mortalit
nativitati
nec in æ
li progres
to reliqui
des Plato
Est quoque
perhibet or
tempore præ
ad humanam
quam
DEV. M
appatura
Balaam di
tera est qu
secundo app
mzana Pat
exclusis loc
tam milia h

rum & Equitem Israëlis abstulit. Memoria sit in benedictione. Luna Soli opposita vehementius insanunt furiosi. Qui Encephalosi laborant, præ iniuria cerebri copia, in Lunæ oppositu suffocantur. Hinc Britannii quartâ decimâ Lunâ insanos verberant. *Bodin. l. 5. Theat.* Rectius denique postero die quàm horâ conjunctionis luminarium exhibetur antepilepticum. Nam hora conjunctionis silet Luna, nec sunt in alteram partem *ποσειδ*, seu momenta, proximo tempore incipit post eam operari in humoribus, eosque augere. *Libav. Epist. 15. ad Schnitzer.*

CAPUT VII. DE STELLIS NOVIS.

Diximus de illis quæ ordinariè à natura in cælo fiunt; adjiciamus jam quædam, quæ supra naturæ cursum divina produxit dextera. Stellas novas intelligo, quæ apparere, & perpetuæ expertes durationis, è mortalium mox evanescere oculis. Primas sibi tribuit nativitatis Dominicæ stella; cui nec in firmamento, nec in æthere locum fuisse testatur *Fulgentius*: instabili progressam motu, exerto modò vultu, modò occulto reliquit. *Damascenus l. 2. Orthodox. fidei.* Chalcides Platonicus, hæc de ea super Timæum Platonis: *Est quoque alia sanctior & venerabilior historia, quæ perhibet ortu stellæ cujusdam insolitæ, non morbos, mortemque prænuñciatam, sed descensum Dei venerabilem, ad humanæ servationis, rerumque mortalium gratiam; quam a Chaldeis fuisse observatam testantur, qui DEVM nuper natum muneribus venerati sunt.* Ejus apparituræ scientiam unde acceperint, ostendunt libri *Balaam* divinatoris, in quibus plerique fabulosa. Altera est quæ anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo apparuit. Hic verò est ille annus, quo Bartholomæana Parisiis cædes perpetrata est, in qua (aliis non exclusis locis) triginta hominum millia interfecta, centum millia honestissimarum familiarum triduo oppressa: